



Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ
aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac
Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, &
ecclesiasticorum doctorum scriptis ...**

Venetiis, 1579

Forma sacrame[n]ti Euch. quæ sit. c. 3.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40307

Quae sit materia Eucharistie

celebr. mis. c. vlt. & c. cum d' Marthæ de sum. trin. cap. i. Diciturego, q̄ materia panis debet esse ex tritico. i. ex frumento. nō autem in pane de spelta, s̄ligine, millio, bordeo, vel alio quocunq; gra no, nec etiā ex pasta, sed pane cocto. Similiter materia vini nō pot est ex acero, vel agresta, aut vino corrupto, vel nimis acetoso, aut ex vino granatorum, seu quorūcunq; pomorum: sed solum de vino vitis. In musto potest confici si est depuratum.

Ex concilio florentino sub dho Eugenio Papa. Tertium est eucharistie sacramentum: cuius materia est panis triticeus & vinum de vite. Lui ante consecratione aqua modicissima ad misceri debet &c. Aqua vero, q̄ in calice vino miscetur, debet esse in modica quantitate: quia cam in vinum cōverti oportet. Et hec aqua vino miscetur ppter significationem quia: vīnū ē h̄ significat: & aqua populū. Apponitur autem aqua vino, tum q̄ ē h̄ sacramentū suum in vino aqua misto consecravit: vt dicit Damascenus lib. 4. & quia ex latere eius exiuit sanguis & aqua: etiā q̄ ecclesia id statuit & pcepit. De cōsec. dist. 2. cū c. oē & ca. Et licet nouerit sacerdos aquā fuisse in dolū posita, tñ propter significationem debet aquā in calicez mittere. Et q̄uis aqua nō sit de necessitate sacramenti: q̄ si consecraretur vīnū sine aqua, esset sacramētū: tñ omittens peccat graviter, si scienter omittit. De consecr. dist. 2. calix. De celebr. mis. c. Cum d' Marthæ & c. scri- ptura. De consecr. dist. 2. Potest autem sacerdos omnez quanti- tate panis & vini ante se positam in altari consecrare. Hęc omnia ex sancto Tho. & ceteris theologis excerpta sunt. ex. 4. sent.

Tertia parte
Et quarto sententiam.

Forma sacramenti eucharistie que sit. Cap. 3.
Rorma huius sacramenti sunt verba ēh̄risii a sacerdote cū intentione & fecandi rite plata, q̄ sunt. Hoc est enim cor pus meū, in consecratione panis, & Hic est enīz calix sanguinis mei noui & eterni testamenti, mysteriū fidei, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionē peccatorū, in consecratione vini. Matth. 26. d' Mar. 13. Luce. 22. & de cōsec. dist. 2. c. Quia corpus & cap. vtrum. & cap. accipite. **Ex concilio florentino prædicto.** Forma huius sacramenti sunt verba salvatoris, quibus hoc cō fecit sacramentū. Nam ipsorum verbōrū virtute substantia panis in corpus Christi, & substantia vini in sanguinem conuertuntur ita tñ q̄ totus Christus continetur sub specie pants: & totus sub specie

De ministro sacramenti Eucharistie.

65

specie vini re. Et licet ista dictio. enim, non sit de necessitate for-
me sacramenti: tamen scienter eam omittens peccat mortali-
ter. Unde tota forma predicta tam panis, quam vini, integre
preferenda est, non obstante opinione aliquorum doctorum: q-
dicunt, quod forma consecrationis sanguinis est ista sola: Hic
est enim calix sanguinis mei. Sed securius est secundum san-
ctum Thomam et Scotum totam dicere. Habuit enim ecclesia
Romana, que utitur tota hac forma, ea et a beato Petro aposto-
lo qui creditur eam docuisse, sicut Christus eam profulit. Et li-
cet Evangelistae non ponant eam sic formaliter, sicut dicitur in
missa, non est multum contrarium: quoniam ipsi non intende-
bant tradere formam consecrationis, sed solam narrare rez ge-
stam. Quia vero Christus multa dixit et fecit, que nullus Evan-
gelista scripsit, ecclesia declaravit hanc formam a Christo fuisse
traditam, quam nullus evangelista integrum tradidit. Non so-
lam verba forme non sunt pretermittenda, sed nec etiam alia
verba canonis missae: quia ecclesia ea conexuit in toto canone,
alias omittens ea grauer peccaret. Dicit sanctus Thomas,
quod forma predicta vtens pronomine demonstrativo, ostendit
quod materia consecranda debet esse coram sacerdote. Unde
sacerdos, qui est in domo, non potest consecrare panem vel vi-
num, qui est in altari, aut in foro, aut totum vimum, quod est in
cellario. Si predictae forme in aliquo mutaretur, aut si sub alijs
verbis preferrentur, que idem significarent: aut aliquid de eis
diminueretur, nihil fieret. Similiter siquid adderetur bona in-
tentione, sicut. Hoc est enim corpus meum sanctissimum: gra-
uiter peccaret in singulis predictis.

C De ministro huic sacramenti. Cap. 4.

Minister huic sacramenti est solus sacerdos rite ordina-
tus, habens intentionem consecrandi, sicut Christus con-
secravit, indutus omnibus sacris vestibus sacerdotalibus: et cui
non est prohibitum celebrare, potest et debet celebrare, et hoc sa-
cramentum concire et consecrare. Et notanter posuitur, po-
test et debet, quia hereticus, schismaticus, excommunicatus, in-
terdictus, et degradatus, non debent celebrare missas: tamen si
celebriant conscienter corpus Christi. Et dicitur ri-
te ordinatus ille, qui in ordinatione sua habuit omnia substanzia-
lia

3 tialia